

Karoli Ierusalem et Sicilie Regis Illustris Magnificis viris domino Roberto illustri Comite Atrabatane et domino Gerardo episcopo sabinensi apostolice sedis legato Baiulis Regni Sicilie per Sanctam Romanam Ecclesiam constitutis Baliatus vero illorum anno tercio. Mense Martii Nono die eiusdem quintedecime Indicionis Aput Barolum. Nos Henricus de Nicastro Regalis Baroli Iudex. Albericus de Fronte puplicus eiusdem terre notarius et subscripti testes lieterati de eadem terra ad hoc specialiter vocati et Rogati puplico scripto notumfacimus et testamur. quod mulier nomine pasca f. magistri silvestri argenterii patris sui et Iaconi Nicolai fratris sui legitimorum mundualdorum suorum. A me qui supra Iudice legaliter Inquisita *etc.* Inter Cetera legavit pro remedio peccatorum suorum Maiori Ecclesie Sante Marie episcopii Baroli. Quarterium unum eiusdem domus sue orreate existentis in pictagio Sante Marie Inter hos fines. iusta domum Petri de Sabasta. Iuxta domum predicti magistri Silvestri. Iuxta domum Romani zapporis et Iuxta viam puplicam. Ita tamen quod per obitum dicte pasce mulieris Clerici eiusdem Ecclesie teneantur Missarum sollempnia Celebrare et orare Deum pro anima ipsius mulieris. Presens puplicum scriptum *etc.* per manus mei predicti Alberici puplici Baroli notarii signo meo consueto signatum. (*Segue il segno*).

† Henricus q. s. Iudex. (*Segue il segno*).

† Armagnus puplicus Baroli notarius testatur.

N. 48.

A. D. 1287

(10 novembre, Indiz. XV).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Thomasius not.</i>
<i>Scrittura</i>	Gotica sbiadita.
<i>Contenuto</i>	<i>Senioricius de santa cruce archipresbiter</i> della Chiesa di S. Maria Maggiore, per utilità della chiesa, permuta una casa diruta messa, presso il <i>cimiterium</i> della detta Chiesa, con un'altra del <i>Iudex Iohannes Pipinus</i> , situata nel <i>pictagio Marcicani</i> .
<i>Bibliografia</i>	Inedita.